



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Gratulación del Rvmo. Prelado á sus amados diocesanos —II. *Acta Sancta Sedis. De la Congregación de Indulgencias:* a) Comentarios á las Reglas para distinguir las verdaderas Indulgencias. b) Resolviendo algunas dudas sobre cofradías del Santísimo Rosario. *De la Congregación de Ritos.* Resolviendo varias dudas propuestas por el Maestro de Ceremonias de la Catedral de Menorca. —III. Circular de la Secretaría de Cámara, ampliando las facultades ministeriales durante el período cuaresmal. —IV. Carta del Sr. Obispo de Avila, suplicando se abra subscripción para socorrer á los damnificados en la catástrofe de Ataquines.
-

EL OBISPO DE SALAMANCA

A SUS AMADOS DIOCESANOS

Gracias sean dadas al Dios de las misericordias, que después de prolongada ausencia de nuestra amada diócesis, nos ha otorgado el consuelo de volver á ella, para continuar las tareas de nuestro sagrado ministerio.

¡Sea bendito el Señor, que ha escuchado las súplicas que por Nos le ha dirigido, espontánea y generosamente, vuestra piedad y cariño, y se ha dignado devolvernos la salud quebrantada!

Bien persuadidos estábamos de que no eran necesarias nuestras instancias para que rogárais por vuestro Prelado y Pastor, y justo es que la primera palabra que ahora os dirigimos, sea palabra de gratitud y de bendiciones.

Pero esta acción de gracias debemos de referirla, sobre todo, al Dios de la clemencia, de quien depende la salud y la vida, y que con liberalidad inagotable se complace en derramar sobre sus criaturas los beneficios de su amorosa mano.

Por eso nos complacemos en bendecirle y adorar los designios de su especial providencia, y queremos que con Nos le bendigais vosotros, amadísimos diocesanos, y que nuestras fuerzas, nuestras energías, en buena parte recuperadas, toda nuestra vida vaya consagrada á su gloria y vuestra santificación y bienestar.

Al efecto de que esta manifestación de nuestra gratitud al Señor, sea más cumplida, ordenamos que todos los señores sacerdotes de la diócesis se sirvan añadir á las oraciones de la santa misa la colecta *pro gratiarum actione*, durante los tres días siguientes á la recepción de este BOLETÍN, siempre que lo consientan las Sagradas Rúbricas.

Queremos también significar el reconocimiento más afectuoso á nuestro Venerable Deán y Cabildo Catedral, al Clero parroquial, Comunidades religiosas, á las dignísimas autoridades locales, y á cuantas personas de la capital se acercaron inmediatamente á manifestarnos los elevados sentimientos de su consideración y las gratulaciones más expresivas por la salud que hemos alcanzado.

Bien quisiéramos contestar personalmente á las múltiples cartas que hemos recibido en estos días de los señores sacerdotes y de muchas personas de fuera de Salamanca; pero ellos serán tan bondadosos que nos dispensarán de hacerlo, enviándoles á todos, como les enviamos, la expresión de nuestro agradecimiento.

Prenda de estos sentimientos de nuestra alma, amadísimos diocesanos, sea la bendición cordialísima, que os da

vuestro afectísimo Prelado, † en el nombre del Padre, † y del Hijo, † y del Espíritu y Santo. Amén.

Salamanca 1.º de Marzo de 1900.

† EL OBISPO DE SALAMANCA

S. CONGREGACIÓN DE INDULGENCIAS

COMENTARIOS

A LAS REGLAS PARA DISTINGUIR LAS VERDADERAS INDULGENCIAS
APPROBANTE S. CONGREGATIONE INDULGENTIIS SACRISQUE RELIQUIIS
PRAEPOSITA AD OPPORTUNITATEM ADJECTI (1)

AD REGULAM I.—Haec regula respicit collectionem vulgo-
Raccolta di Orazini e pie Opere per le quali sono state con-
cesse dai Sommi Pontefici le SS. Indulgenze.—*Roma, Tipog-*
rafia della S. C. di Propaganda Fide, 1898.—Regulae
vero fundamentum ex ipso fine, quem sibi S. Congregatio in
edendo illo libro praestituit, manifeste patet. Jan enim anno
1877, quando prima editio Collectionis, de qua agimus, ex of-
ficio ab ipsa hac Sacra Congregatione publicanda praepara-
batur, in Decreto praevio haec legebatur declaratio: “Sum-
mus Pontifex benigniter annuit, ut *authentica* omnium et sin-
gularum precum piorumque operum, quae usque ad praesen-
tem diem indulgentiis ditata vel aucta fuere, Sylloge seu Col-
lectio per Secretariam ejusdem S. Congregationis quam di-
ligentissime conficeretur,„. Ideo illa prima, et postea anno
1886 pariter secunda editio ab eadem S. Congregatione de-
clarata est authentica; nunc vero in Decreto tertiae editioni
anni 1898 praefixo ita legitur: “Hujusmodi Collectionem typis
S. Congregationis de Propaganda Fide cusam idem SS. D.
N. Leo Pp. XIII sua apostolica auctoritate approbavit; ea-
que proinde *uti genuina et authentica Sylloge Indulgentia-*
rum hactenus pro universis Christifidelibus et pro quibus-

(1) Véase el número de este BoLETÍN, correspondiente al 1.º de Febrero último.

dam eorum coetibus ibidem designatis concessarum ab omnibus est retinenda.

AD REGULAM II.—Approbantibus Benedicto Pp. XIV, et Pio Pp. IX, a S. Congregatione Indulgentiarum diebus 28 Januarii 1756 et 14 Aprilis 1856 Decretum est promulgatum hujus tenoris (Dec. auth. S. C. Indulg. n. 205 et 371): “Cum experientia quotidie comperiat, complures indulgentiarum concessiones generales expediri inscia S. Congregatione, ex quo multi promanant abusus ac confusiones, re mature pensata, praesenti Decreto declaravit, impetrantes post hanc hujusmodi generales concessionem teneri sub nullitatis poena gratiae obtentae exemplar earumdum concessionum ad Secretariam ejusdem S. Congregationis deferre. “Id tamen valet tantum quoad indulgentias omnino et sub omni respectu generales; quae scilicet concessae sunt omnibus fidelibus pro quibusdam precibus vel piis operibus, et quidem in perpetuum; non valet de iis, quae requirunt insuper adscriptionem in piam Unionem, etc., vel quae ad tempus quoddam determinatum conceduntur: istae omnes indulgentiae potius particulares censendae sunt, ad quas Decretum Benedicti XIV et Pii IX non sese extendit.

Constare autem poterit de recognitioni indulgentiarum novarum generalium a S. Congregatione peracta, si indulgentiae istae exhibentur a libris vel auctoribus omni fide dignis qui ab ipsa S. Congregatione ejusdem concessionem accipiunt, vel saltem, eadem permittente, eas lectoribus suis communicant.

AD REGULAM III.—Agitur hic de indulgentiis non omnino generalibus, de quibus in regula praecedenti, sed aliquo modo particularibus, ut patet ex ipso tenore hujus regulae. Jamvero quaedam ex Summariis hic nominatis, uti statim in regula sequenti dicitur, a solis Episcopis recognosci et approbari possunt; alia vero Sac. Congregationi Indulgentiarum necessario sunt proponenda pro recognitione et approbatio-

ne. Patet autem hujusmodi Summaria omnia, si certo ab ipsa S. Congregatione recognita et approbata fuerint, ab omnibus ut certo authentica habenda esse, neque alia recognitione et approbatione Episcoporum indigere, etiamsi forte recognitione et approbatio Episcopalis per se sola sufficiens fuisset.

AD REGULAM IV.—In nova Constitutione de Prohibitione et Censura Librorum Decretum XVII ita habet: “Indulgentiarum libri omnes, summaria, libelli, folia, etc. in quibus earum concessionem continentur, non publicentur absque competentis auctoritatis licentia. “Et in Decreto XV legitur: “Imagines quomodocumque impressae D. N. J. C., B. M. V., etc. sive preces habeant adnexas, sive absque illis edantur, sine ecclesiasticae auctoritatis licentia non publicentur. “Hinc patet, de authenticitate indulgentiarum generalium sive particularium, quomodocumque impressarum non constare, nisi adsit approbatio auctoritatis competentis; deficit enim elementum necessarium et praescriptum ad authenticitatem cognoscendam et stabiliendam.

Dicitur autem probatio *distincte exprimenda*, id est, cum nomine approbantis, cum loco et tempore approbationis datae.

Auctoritas competens in genere est ipsa S. Congregatio Indulgentiarum, exceptis tamen casibus sequentibus, in quibus etiam approbatio Ordinarii loci sufficit (Decret. auth., n. 383):

1.º Si agatur de edenda concessione alicujus indulgentiae particularis, vel de edendo Summario indulgentiarum, quod ex uno tantum Brevi Apostolico vel Rescripto desumendum est.

2.º Si agatur de Summario ex auctoritate S. Congregationis jam vulgato excepto tamen elenco indulgentiarum, ut ajunt, Apostolicarum (pro coronis, numismatibus, etc.), qui ubicumque et quovis idiomate edatur, approbationem S. Congregationis requirit; excepta etiam quavis versione integrate Collectionis Indulgentiarum “Raccolta”, dictae, singulae tamen indulgentiae in eadem contentae auctoritate Episcopi, ut patet, publicari possunt.

3.º Si agatur de Summariis illarum Confraternitatum, quae ex concessione S. Sedis ab Institutis Religiosis eriguntur vel ab Archiconfraternitatibus aggregantur; tunc enim sufficit recognitio et approbatio Episcopis illius loci, ubi ejusmodi Instituta religiosa vel Archiconfraternitates sedem principalem habent (Decr. Auth. n. 388).

In omnibus aliis casibus recognitio et approbatio ipsius S. Congregationis requiritur, praesertim si agatur de Summario indulgentiarum vel antea collecto, sed nunquam approbato, vel nunc primum ex diversis concessionibus colligendo.

Patet denique, hujusmodi Summario omnia, si jam ab ipsa S. Congregatione recognita et approbata fuerint, ab omnibus ut certo authentica habenda esse, neque alia recognitione et approbatione Episcoporum indigere, etiamsi forte ex dictis recognitio episcopalis per se sola sufficiens fuisset.

AD REGULAM V.—Indulgentiae hujus generis a gravissimis auctoribus semper judicatae sunt alienae ab usu Sedis Apostolicae. Revera si concessae referantur ante saeculum XIV, stare non possunt cum antiquiori Ecclesiae disciplina (ita Theodor. a Spiritu Sancto de Indulgentiis II, 247); manifesto enim constat saeculo XIII et etiam XIV adhuc indulgentias fuisse valde exiguas (v. g. 10, 20, 40 dierum, unius anni, raro 5 annorum vel 7, rarissime 20 annorum). Quod si posterioribus saeculis attribuantur multa quidem extant authentica Decreta, quibus ejusmodi indulgentiae reprobantur ut apocryphae, sed ne unum quidem adhuc afferri potuit documentum tales concessionis, quod sit *certo authenticum*. Si vero aliquod dubium de quadam hujus generis indulgentia extare posset, nuper Decreto hujus S. Congregationis d. d. 26 Maji 1898 omnes indulgentiae mille vel plurium millium annorum sunt revocatae: ita ut hodie ne una quidem admitti possit.

AD REGULAM VI.—Christifidelibus in articulo mortis cons-

titutis Summi Pontifices magna liberalitate indulgentiam plenariam concedere consueverunt, ea sub conditione, ut saltem contriti corde (si SSma. Sacramenta Poenitentiae et Communionis recipere non potuerint) nomem Jesu ore, vel saltem corde, devote invocaverint, et mortem ut stipendium peccati de manu Domini aequo animo susceperint. Sed praeter articulum mortis indulgentiam plenariam fidelibus paucadumtaxat verba recitantibus concedere nunquam mos fuit Sanctae Sedis. Revera in toto Collectione authentica precum piorumque operum, quae “Raccolta,” dicitur, ne unum quidem exemplum hujus generis invenitur; si forte excipias orationem illam notissimam “En ego. o bone et dulcissime Jesu,” ante imaginem Crucifixi recitandam. Sed in primis ea oratio non adeo paucis verbis constat et in ea supponitur aliqua medicatio dolorum ac vulnerum Jesu Christi Crucifixi, ac praeterea ad plenariam indulgentiam lucrandam confessio et communio et etiam preces ad mentem Summi Pontificis requiruntur. Quaere hic repeti potest, quod in praecedenti regula explicanda dicebatur, nullum scilicet extare documentum *certo authenticum*, quo Christifidelibus pauca solum verba recitantibus concessa fuerit unquam a Summis Pontificibus indulgentia plenaria; multa vero Decreta certa tales indulgentias ut apocryphas vel suspectas repudiant.

AD REGULAM VII.—Haec regula explicatione vix indiget. Cum enim indulgentiae ex piis solummodo et rationalibus causis concedi debeant, S. Sedes nunquam ejusmodi naenias vel ridicula vel impossibilia promisit in elargiendis indulgentiis: immo ne fallaci spe et noxia praesumptione fidelium mentes deciperentur, plura Concilia opportune eos monuerunt, ne libellis vel scriptis hujusmodi temere fiden haberent (Cifr. Theodor. a Spir. Sancto II, p. 327). Sane Cathalogi indulgentiarum a Summis Pontificibus proscriptarum id manifeste evincunt. Sufficiat ex multis citare orationem quamdam, quae inventa fuisse dicebatur in sepulcro D. N. J. C. et revelata olim Sanctis Elisabethae, Reginae Hungariae, Mech-

tildi et Birgittae quae quidem cum omnibus suis promisionibus extravagantibus jam anno 1678, et nunc iterum Decreto 25 Maji 1898 ab hac. S. Congregatione ut apocrypha reprobata est.

AD REGULAM VIII. -Etsi Summi Pontifices praeteritis saeculis ea etiam formula in indulgentiis concedendis usi sint, ut Christifidelibus certas orationes (non pauca tantum verba, uti supra in regula sexta) recitantibus, vel pia quaedam opera peragentibus liberationem unius animae ex purgatorio promitterent, id tamen communiter alio sensu intelligi non debet, quam ut indulgentia quaevis plenaria fidelibus viventibus a Summis Pontificibus oblata, etiam animae cuicumque in purgatorio detentae applicabilis declarata fuerit, uti fert stylus Curiae hodie usitatus. Certo autem ex authenticis documentis probari nequit, quemquam illorum liberationem plurium simul animurum a purgatorio unquam promisisse, multoque minus pro recitatione unius alteriusve precis tantum.

Quemadmodum igitur assertiones ejusmodi uti male fundatae haberi debent, ita etiam indulgentiae promissionibus talibus adictae, ut apocryphae nulliusque valoris rejiciendae sunt; eo vel magis quod ejusmodi indulgentiae plerumque iis inusitatis modumque excedentibus sunt accensendae de quibus in regula praecedenti dictum est.

AD REGULAM IX.—Ecclesia ex multo jam tempore indulgentias parciales, ut notum est, certis quibusdam formulis stabilibus concedere solet, uti v. g. 50, 100, 200 vel 300 dierum, vel unius anni, vel 3, 5, 7 annorum et totidem quadragenarum; sed a praxi Sedis Apostolicae omnino alienae sunt indulgentiae v. g. 1000 dierum quemadmodum legebantur indicatae in quibusdam numismatibus B. M. V., quae ante quadraginta fere annos Laureti vendebantur: quae ideo ab hac S. Congregatione die 23 Februarii 1856 declaratae sunt apocryphae (Decr. auth., n. 370). Nostris hisce diebus saepe

in foliis ideo indulgentiae maximi dierum numeri indicatur, quia auctores seu editores *numeros annorum et quadragenarum proprio suo arbitrio in correspondentes numeros dierum converterunt*; ita ut calculo hujusmodi facto statim mille vel plura millia dierum indulgentiae prodierint. Quod quidem ex aemulatione quadam non laudabili provenire indubium est: ita enim demonstrare ad oculos volunt, indulgentias v. g. unius confraternitates vel pii operis esse majores illis, quae aliis similibus fuerunt concessae. Desiderandum valde est ut Ordinarii locorum ejusmodi schedas vel libellos minime approbent, etiamsi calculus veritati undequaque respondere videretur.

Sobre Cofradías del Santísimo Rosario

Episcopus Augustanus plura dubia huic S. Congregationi Indulgentiarum dirimenda proposuit, quae, post Constitutionem *Ubi primum* de Confraternitatibus a SS. Rosario nuncupatis nuper editam jussu SSmi. Dni. Nostri Leonis Papae XIII, ipsi oborta sunt. His et alia superaddidit quae ex nonnullis Decretis hujus S. C. repetenda videntur, eo quod quaestio movetur an, et quomodo illa Confraternitatibus SSmi. Rosarii sint applicanda.

Dubia vero proposita sunt sequentia:

I. In Dioecesi Augustensi jam pridem existunt fere in omnibus ecclesiis parochialibus Confraternitates SS. Rosarii, quin tamen habeantur litterae patentes Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum, in plerisque locis deperditae. Quamobrem orator petit, utrum ad canonicam Confraternitatis existentiam sufficiat per aliquod documentum, puta, per processum verbalem ipsius erectionis, vel inscriptionem commemorativam in Regesto sodalium Confraternitatis, aljudve hujusmodi in documento authentico asservatum, certam haberi notitiam quod litterae Magistri Generalis pro tali ecclesia jam concessae fuerint, an vero novae requirantur litterae patentes ipsius Magistri Generalis?

II. An per Decretum S. C. Indulgentiarum d. d. 20 Maji 1896 in una *Ordinis Praedicatorum* ad 11^{um} abrogata censeatur lex a S. C. Indulgentiarum die 8 Januarii 1861 sancita (in formula servanda in substantialibus pro erectione confraternitatum) sub n. V. hisce verbis expressa: "quod gratiae et indulgentiae confraternitati communicatae, praevia cognitione Ordinarii, dumtaxat promulgentur?"

Et quatenus negative:

III. An cognitio Ordinarii exprimi debeat in scriptis ad calcem Summarii Indulgentiarum?

IV. An piae Uniones *Rosarii Viventis*, a Magistro Generali Ordinis Praedicatorum institutae, subjaceant praescriptionibus Clementinae *Quaecumque*, sicut et Confraternitates SS. Rosarii, ad tramitem decreti S. C. indulgentiarum d. d. 25 Augusti 1897 in una *Urbis et Orbis* ad 1^{um}?

V. An Episcopus tolerare possit sive Confraternitates proprie dictas, sive pias Uniones sub SS. Rosarii titulo, absque interventu Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum a parochis, vel aliis sacerdotibus institutas, etiam cum conditione vel praetextu, quod hujusmodi Confraternitates vel piae Uniones non gaudent privilegiis et indulgentiis confraternitatum SS. Rosarii?

VI. An, non obstante decreto S. C. Indulgentiarum d. d. 25 Augusti 1897 in una *Urbis et Orbis*, vi specialis privilegii Rectores Confraternitatum SS. Rosarii albo suae Confraternitatis permittere valeant inscribi nomina defunctorum, etiam ad hunc finem dumtaxat, ut defuncti fiant participes meritorum Confraternitatis, et precibus sodalium commendati habeantur?

VII. An Decreta S. C. Indulgentiarum d. d. 12 Decembris 1892 in *Coloniensi* et 15 Novembris 1893 in una pariter *Coloniensi* pro sodalitate S. Scapularis applicari possint Confraternitati SS. Rosarii ita, ut confratres SS. Rosarii recepti et inscripti a sacerdotibus facultatem habentibus, omnes Indulgentias Confraternitatis lucrentur vi ipsius legitime receptionis, etiamsi eorum nomina cum nominibus aliorum so-

dalium in albo Confraternitatis non sint adhuc materialiter inscripta?

VIII. An, stante privilegio Confraternitatis SS. Rosarii, quo gratia concessa a S. Sede non censetur revocata, nisi fiat de ea specialis mentio, sacerdotes, utentes formula ab Innocentio XI praescripta pro Indulgentia a confratribus SS. Rosarii in articulo mortis lucranda, valide agant, an vero debeant uti formula data in Constitutione Benedicti XIV *Pia Mater*?

IX. An formula pro Indulgentia acquirenda a confratribus in articulo mortis recitari valeat dumtaxat a Rectoribus Confraternitatum et sacerdotibus per Magistrum Generalem Ordinis Praedicatorum delegatis, an vero, quoad confratres SS. Rosarii, a quocumque sacerdote, etiam extra confessionem?

X. An Confraternitates SS. Rosarii erectae a Legatis Apostolicis, Nuntiis, ceterisque Praesulibus vi specialis facultatis apostolicae, indegeant nova erectione per Magistrum Generalem Ordinis Praedicatorum?

Et Emm. ac Rm. Patres in congregatione Generali, abita ad Vaticanum rescripserunt die 3 Augusti 1899.

Ad I^{um} Affirmative ad 1^{am} partem; Negative ad 2^{am}.

Ad II^{um} Negative.

Ad III^{um} Non est necesse.

Ad IV^{um} Negative.

Ad V^{um} Reformato dubio uti sequitur:

An per Apostolicas Litteras *Ubi primum* datas a SS. D. N. Leone Pp. XIII die 2 Octobris 1898, Episcopis aliisque gaudentibus facultate in genere erigendi confraternitates, revocata fuerit facultas erigendi confraternitates vel Pias Uniones sub titulo SS. Rosarii absque interventu Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum?

Respondendum: *Supplicandum SSmo. ut dignetur mentem suam pandere.*

Ad VI^{um} Negative, facto verbo cum SSmo.

Ad VII^{um} Affirmative.

Ad VIII^{um} Reformato dubio uti infra:

An pro impertienda plenaria Indulgentia in articulo mortis confratribus SSmi. Rosarii, adhibenda sit formula ab Innocentio XI approbata, an vero formula a Benedicto XIV praescripta in Constitutioni *Pia Mater*?

Respondendum: *Negative* ad 1^{am} partem; *Affirmative* ad 2^{am}.

Ad IX^{um} Reformato dubio hoc modo:

An benedicto in articulo mortis cum adnexa plenaria Indulgentia confratribus SSmi. Rosarii impertienda sit a sacerdotibus per Magistrum Generalem Ordinis Praedicatorum delegatis, an vero a quocumque sacerdote, etiam extra confessionem?

Rescribendum: *Negative* ad 1^{am} partem *Affirmative* ad 2^{am}.

Ad X^{um} Non propositum.

Factaque de iis omnibus per me infrascriptum Cardinalem Praefectum relatione SSmo. Dno. Nostro Leoni Papae XIII, in audientia habita die 10 Augusti 1889, SSmus. omnes relationes Emorum. Patrum benigne approbavit mentemque suam quoad V^{um} dubium pandere dignatus est expresse edicens: "Revocavimus, et ut revocatas haberi volumus facultatis quibuscumque confessas erigendi Confraternitates piasque Uniones sub titulo SSmi. Rosarii sine litteris patentibus Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum; ita ut si quae in posterum erigantur sive Confraternitates sive piae Uniones sub titulo SSmi. Rosarii absque praefatis litteris, nullis gaudeant beneficiis, privilegiis, indulgentiis, quibus Romani Pontifices legitiman verique nominis Sodalitatem a SS. Rosario auxerunt; quin imo nec gaudeant aliis Indulgentiis, quae communiter conceduntur omnibus sub quovis titulo confraternitatibus, canonice erectis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.,.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis secriisque Reliquiis praepositae die 10 Augusti 1899.—

Fr. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI. *Praefectus*.—L. † S.
—† A. SABATUCCI ARCHIEP. ANTINOEN. *Secr.*

E SACRA CONGREGATIONE RITUUM

I

MINORICEN

Plura solvuntur Dubia.

R. D. Joannes Barber Pons, Ecclesiae Cathedralis Minoricensis Beneficiarius et Sacrarum Caeremoniarum Magister, de Rmi sui Episcopi consensu, sequentia dubia Sacrorum Rituum Congregationi resolvenda humillime proposuit, nimirum:

Dub. I. An Officium votivum S. Jacobi Majoris Apostoli, quod ex indulto Sa. Me. Clementis Papa IX recitabatur feriis secundis non impeditis in Hispaniae dioecesis, et nunc per solvi potest loco Officii votivi de Sanctis Apostolis pro feria tertia adsignati juxta Decretum *Urbis et Orbis* diei 5 Julii 1883, transferri possit ad feriam tertiam in illis Hispaniae dioecesis ubi Officia votiva pro singulis hebdomadae diebus non sunt pro Communitatibus adoptata?

Dub. II. An in Dioecesis, ubi Officia votiva pro singulis hebdomadae diebus Decreto 5 Julii 1883 concessa, non fuerint adhuc adoptata, possint ulterius semel pro semper eligi?

Dub. III. An pro commemoratione S. Antonii Abbatis, hujus Dioecesis Minoricensis Patroni, de quo concessum est Officium proprium a Ssmo. Dno. Nostro Leone Papa XIII, dici possit in Suffragiis Sanctorum antiphona propria de secundis vesperis festi: "Hodie Beatus Antonius hilari vultu Sanctos Angelos intuens, tamquam si amicos videret, migravit in coelum..." omisso "Hodie"?

Dub. IV. An omnes ad medium chori accedentes et recedentes unico genu flectere teneantur, Canonicis exceptis, cum non sit in altare majori Sanctissimum Sacramentum reconditum?

Dub. V. An post Missam solemnem, qua finita, benedictio cum Smo. Sacramento datur, dum Celebrans et ministri recedunt ab altari ad scamnum in cornu Epistolae ut ibi Celebrans exuat Casullam et manipulum, induatque pluviale; ac Ministri manipulos deponant, debeant coram Ssmo. Sacramento, discooperto in ipso altari ubi Missa celebrata est, in plano utroque genu flectere, aut unico genu in gradu infimo altaris?

Dub. VI. An consuetudo utendi cingulo ad instar fasciae tolerari possit?

Dub. VII. An toleranda consuetudo utendi fundo coerulei coloris sub velo translucenti in fimbriis et manicis albarum?

Dub. VIII. Dum dicitur "Fidelium animae," in fine Officii, estne manu producendum signum crucis ad instar benedictionis?

Dub. IX. Thurificatio Ssmi Sacramenti, estne facienda duplici ictu in triplici ductu, etiam intra Missam solemnem ante Introitum et ad Offertorium?

Dub. X. Cereus Paschalis debetne ardere dum cantatur Missa in Vigilia Pentecostes?

Dub. XI. Ante Ss. Sacramentum discoopertum tenentur- ne semper utroque genu flectere juxta decretum 937-1627 d. d. 19 Augusti 1651 ad 6^{um} etiam processionibus interessentes, imo et pluvialibus induti?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibus- que accurate perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. Servetur Indultum sa: me: Clementis Papae IX.

Ad II. *Affirmative* juxta ipsum Decretum Generale.

Ad III. *Pro gratia*.

Ad IV. *Affirmative*.

Ad V. Juxta praxim Ecclesiarum Urbis in plano *utroque genu flectitur*.

Ad VI. Tolerari potest enunciata consuetudo ubi viget, donec cingula hucusque adhibita consumentur.

Ad VII. *Affirmative*, et detur decretum n.º 3780 d. d. 12 Julii 1892 ad V. (1).

Ad VIII. *Negative*.

Ad IX. *Affirmative* juxta decretum 3110—5318 d. d. 22 Martii 1862 ad 20.^{um}

Ad X. *Negative*, et servetur specialis Rubrica Missalis.

Ad XI. *Affirmative*, si agatur de accedentibus, et recedentibus, juxta citatum decretum.

Atque ita rescripsit. Die 24 Novembris 1899.

C. Card. MAZZELLA, *Praef.*

D. PANICI, *Secret.*

(1) Dub. V. Num tolerari possit ut fundus coloratus supponatur sextili denticulato vel operi phrigio in manicis et fimbriis albarum, nec non in manicis rochetti?

Ad V. Quoad manicas et fimbrias albarum, *Affirmative*; quoad manicas autem in rochettis, fundum esse posse coloris vestis talaris relativae dignitatis.

Die 12 Julii 1892.

SECRETARÍA DE CÁMARA

Circular

Próximo el tiempo para el cumplimiento pascual, y á fin de remover las dificultades que pudieran ocurrir á los confesores, el Rmo. Sr. Obispo de la diócesis se ha servido disponer lo siguiente:

1.º Facultar á los confesores para que, al tenor y forma de las licencias de que disfrutan, puedan absolver de los pecados reservados al Prelado en el Sínodo diocesano, desde la Dominica tercera de Cuaresma hasta la tercera de Pascua de Resurrección, ambas inclusive, con el cuidado de imponer á los penitentes la debida penitencia y de advertirles la gravedad de estos pecados, para evitar la reincidencia, exhortándoles á tomar la Bula de la Santa Cruzada, si es que aún no se hubiesen provisto de ella, por el privilegio especial que sobre este punto contiene; pues al usar benignamente el excelentísimo Prelado de su autoridad, desea que no redunde en menoscabo del inestimable favor otorgado por la Santa Sede.

2.º Autorizar á todos los confesores de la diócesis para que, durante el tiempo por el cual se les otorga la anterior facultad en orden á los casos reservados, puedan habilitar *ad petendum, remota occasione peccandi*, imponiendo penitencia grave y saludable. La fórmula para esta absolución es: *et facultate apostolica mihi subdelegata, habilito te et restituo tibi jus amissum ad petendum debitum conjugale*.

3.º Por último, procuren los Sres. Párrocos y confesores enterarse detenidamente de lo que disponen las Constituciones Sinodales del Obispado (lib. II, tít. 7.º, n. LV y LVI), y de la circular del Rmo. Prelado, fecha 15 de Marzo de 1895 (BOLETÍN ECLESIASTICO del mismo año, pág. 121).

Salamanca 1.º de Marzo de 1900.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,
Secretario.

SUSCRIPCIÓN

PARA SOCORRER A LOS HABITANTES DEL PUEBLO DE ATAQUINES

Del Excmo. Sr. Obispo de Ávila hemos recibido la siguiente carta:

Ilmo. Sr. Obispo de Salamanca:

Mi respetable Señor y Venerable Hermano: Por la prensa

periódica habrá llegado á conocimiento de V. S. la espantosa calamidad que, con la permisión de Dios, ha afligido á los habitantes del pueblo de Ataquines, de esta nuestra diócesis.

Causa verdadera pena el contemplar los tremendos estragos que el voraz incendio ha producido, convirtiendo en cenizas las dos terceras partes de los edificios que formaban dicho pueblo, quemándose con ellos cuantas ropas y enseres contenían, y reduciendo en pocas horas, á la más lamentable miseria á la mayoría de aquellos vecinos.

En vista de tan lamentable catástrofe, y en mi deseo de atender por todos los medios posibles al alivio de aquellos desgraciados, me permito la libertad de acudir á V. S. en suplicante demanda, rogándole, que, si lo cree conveniente, abra una subscripción en la diócesis de su digno cargo, a fin de allegar el mayor número de limosnas posibles, con que subvenir á las perentorias y grandes necesidades en que nuestros referidos diocesanos se encuentran.

De los reconocidos sentimientos de generosidad de V. me prometo que acogerá benignamente este ruego, que en nombre de la caridad le hago, anticipándole por ello las más expresivas gracias.

Queda de V. S. con toda consideración y aprecio su afectísimo hermano, q. s. m. b., *Joaquín*, Obispo de Avila.

Avila 24 de Febrero de 1900.

*
**

Al llamar á nuestras puertas la voz de la caridad con la precedente carta de nuestro Venerable Hermano, el señor Obispo de Avila, rogamos á nuestros diocesanos que la escuchen y atiendan, en la medida de sus fuerzas, viniendo en socorro de los damnificados por la catástrofe de Ataquines. Y aun cuando seguramente no han de faltar recursos por parte de los llamados de una manera directa á remediar necesidades como la presente, que somos los primeros en deplorar, bien será que, por amor á Dios, procuremos aliviar la suerte de nuestros desgraciados hermanos de Ataquines.

Las limosnas que con este motivo se envíen se recogerán en nuestra Secretaría de Cámara, que las hará llegar á manos del Rmo. Prelado de Avila.

Salamanca 1.º de Marzo de 1900.

† EL OBISPO DE SALAMANCA.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 4